

Sed ut bonitates distinguamus. Olim opti-
 ma fuit, quæ purpuræ quicquid habet. Secunda
 quæ rosæ Tertia quæ Smaragdus. Singulis
 aut nomina græci ex argumēto dedere. As-
 pud eos est quæ uocatur Borea cælo autum-
 nali matutino similis, & hæc erit illa, quæ uo-
 catur Ærizusa. similis est et Sardæ. Imitata
 & uiolas, quæ in Germania precipua co-
 pia est Sacrarum enim ædiū parietes, illo ge-
 nere incrustatas uidimus. Est & quæ Resis-
 næ similis est Terebyntinæ, hinc & Tere **Terebyn.**
 byntizusa appellatur. quæ & hoc nomen a
 gemarijs trahit parū proprie, ad eamque e mul-
 tis eiusdem gemæ discriminibus consistere uis-
 detur. In uitio sunt Crystallo similes, aut mis-
 xtis id est pituitæ. Quæ ex eis præstantiores
 sunt, funda includunt. Quæ optime signant **Sphragid**
 Sphragidas uocant, dato his apud ueteres
 publico dominio gemmarum. Omnia autem
 hæc genera in Germania reperiunt, multumque
 nobilitata ea gemma nostra cignea Tubanti-
 norum, ubi tanta copia eruit, ut ædificijs publi-
 cis (rudi tamē forma) a ueteribus sit inclusa
 Hac uero tempestate atterunt non in grata, spe-
 cie, nec in formā unā, partim enim capulis ap-
 tant, partim poculis, partim tabulis alearum
 pars etiā globulis, quibus Christianæ præces
 numerant. Hæc gemma e Germania alijs gen-
 tibus distrahit. Quæ de hijs magi pollicen-